recognoscens cum successoribus cittatur quae sententia seu
sententias, dictumque et decreta contra se latta facta et
promulgata pro rato et grato firmo, suscipere habere
et observare debet, suique successores debent, et tenebuntur.
Et ne quovismodo a decreto seu sententia iudicii sive
officii illius movere, et appellare, ac provocare debet suique
successores debent. Quibus motionibus, appellationibus, et provo:
cationibus, tum protestationibus earum per adcittationes pro:
sequutionibus, evasionibusque se et suos successores abre:
nuntiavit. Ad cittationibus Sacrae Regiae Magtis post non
admissa motione seu appellatione a dicto seu sententia
iudicii seu officii interposita, tam super iudicem seu
officium quam super partem actoream ad prosequendum eandem
motionem seu appellationem se non tutam, nullo modo solu:
tionem vadii seu vadiorum, quod in summa essentiale seu
principale, sine quovis corporali iuramento praedicto Anne
Staplowska eiusque successorum cedere et converti debet,
evadere et subterfugiendum. Verum pro eodem vadio et vadiis
a iudicio seu officio illo non recedendum satisfacere. Et in hilo:
minus soluto vadio, inscriptioni praesenti in toto et in om:
nibus eius punctis clausulis, et articulis, conditionibusque
quibusvis adimplere et exequi tenebitur, et eius successores
tenebuntur sub vadio Quatuor Millium florenorum penthe
poloniae totius quotiens necessarium fuerit. Casu vero,
quo pro eisdem vadiis, uno vel pluribus ipse recogno:
scens satisfacere noluerit, et eius successores noluerint,
a iudicio seu officio illo non recedendum, obtentum lucro vadii super
eandem cittationem in eodem termino, et satisfactionem obtinere prae:
dicte Annae Staplowska et eius successoribus. Demum
et vadia triplicata summae vadii correspondentem pro officium

decerni super una, et eam ipsam cittationem dedit et admisit.
Et praesenti lege sua privata concessit. Quibus omnibus
praesenti inscriptione obligat se et suos successores super
omnibus bonis suis non condictum, imo dum ratione praemis:
sorum non completum ad bannitionem cum successoribus cit:
tatus fuerit, nulla remedia contra processum, nec locum di:
cendi contra eandem cittationem sibi, et suis successoribus re:
liquit, ignorantiaque processus tum citationis innotescens,
et aliorum omnium iuramentum aliquibus evadere non vult,
neque post facta bannitione poterit se ad recognoscendum
sublatione eiusdem bannitionis tueri, et deffendere. Nec
de malo et erroneo iuris processu agere. Quae bannitio:
nis sublatio, etiam si a Sacra Magtte Regia impetra:
ta fuerit, nullius roboris, et momenti esse pro iu:
dicibusque seu officium attendi, et suscipi non debet. Ad
quae omnia et singula praemissa, in praesenti inscriptione con:
tenta, idem recognoscens ultro consensit, eisdemque
omnibus tam in genere quam in specie, ita quod qualitas
specialitati, et econtra, in nullo derogare queat, se
bona sua successoresque suos oneravit, eidem oneri pre:
fate tamdiu subiecta, et astricta esse voluit, quo:
usque inscriptioni praesenti in toto fuerit satisfactum,
nulla in praemissis praescriptione Dei, ac abusu inscri:
ptionis [illegible] obstante,

Blazowski Quietat alium

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Ca:
strensis Capitalibus praemisitem, Nobilis Ichnatius
Iwankowicz Blazowski, recedens a tribus actibus iuribus

Blazowsk tenet alio